

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XXIV. Interim si quis sibi bene conscius sit necessariae eruditionis & donorum
ad docendum requisitorum, modeste operam suam Ecclesiae deferre & offerre
potest.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

ur vocationes? Resp. Non petat hoc in casu peculiare à Deo signum, cum *Petro Martyre*, Loc. Com. part. I. Loc. VIII. §. 15. sed primum videat, ad quamnam vocationem maxime se dignum & aptum esse judicet, deinde Deum devotis precibus invocet, & non signis aut miraculis, sed ductu & instinctu Spiritus S. eò animum flectat, ubi majori cum fructu Ecclesiæ aut Reipubl. inservire possit, vide *B. Balduinum* Casuum Consc. lib. IV. cap. 5. v. 7.

XXIV.

Interim si quis sibi bene conscius sit necessariæ eruditionis & donorum ad docendum requisitorum, modeste operam suam Ecclesiæ deferre & offerre potest.

Ephymus.

INsignis est Bernhards sententia; Epist. 42. *Aliud est, inquit, ambire dignitatem (Episcopalem) humano affectu, & aliud ardere desiderio benemerendi de plurimis.* Quod sane non modo est licitum, sed & eximiæ charitatis indicium, summaque laude prosequendum. Nec ullo repugnat præcepto divino, tali modo petere functionem Ecclesiasticam, sed potius opus

K 4

hoc

hoc est Christianæ charitatis, salutem proximi
 serio expetentis. Esaias Propheta sanctissimus
 ad munus Propheticum obeundum & volunta-
 tem Dei populo Israelitico annunciandam ul-
 trò sese obtulit; Interroganti enim Domino
 cap. 6. v. 8. *Quem mittam & quis ibit nobis?* re-
 spondet, *Ecce Ego, mitte me.* Ex qvo manife-
 stum est, inquit Estius in Notis ad h. l. licitum es-
 se, ut aliquis se cum modestia ad munus pastorale o-
 offerat, modò illud observetur, quòd Esaias Pro-
 pheta observavit, i. e. ut non nisi velut mundatus
 contactu calculi ex altari, id est, supernâ gratiâ
 & purgatus ab omni pravo affectu & sinistra in-
 tentione ad tam eximiam functionem se accingat;
 nequaquam autem, ut dite scat, honoretur, aut
 præsitis, sed tantum, ut prosit. Hinc Gregorius
 de cura pastoralis, parte I. cap. 8. *Laudo, ait, quòd
 queritis, sed prius discite, quid queratis.* Et
 affert hoc exemplum de Esaiâ, qui se obtulit ad
 prædicationis officium, sed prius mandatus.
 Selectum Christi ἁγῶνον Paulus I. Tim. III. 1. in-
 quit; ἐν τῷ ἀποστόλῳ ὁρίζεται, καλὴ ἔργα ἀπαιτεῖ.
Qui Episcopatum expetit, bonum opus desiderat.
 Bene B. Gerh. v. d. Loco de Minist. Eccles. §. 66.
 ad h. l. *Per τὸ ὁρίζεται* inquit καὶ ἀπαιτεῖται ne-
 quaquam eo in loco intelligi debet Ministerii Ec-
 clesiastici absque missione & vocatione privato
 arbi-

arbitrio suscepta administratio (ut Photiniani interpretantur) neque violenta in hoc officium intrusio, neque illegitima & malis artibus impetrata vocatio (hec enim omnia divina voluntati in Scripturis expressa adversantur, Jer. XXIII. 2.) sed ordinatum & pium illud desiderium, quo quis Ecclesie operam suam modeste offert, iudicium de se aliis committit, & legitimam vocationem expectat, & paratus est cum Propheta Esaiam Deum vocantem sequi. Es. 6. v. 8. Non loquitur Apostolus de ambizioso desiderio, sed de sancto illo animi affectu, per quem DEI gloriae & hominum saluti prodesse, eamque promovere avent illi, qui Episcopatum desiderant vel expetunt. Recte Chrysostomus in Matth. editionis secundae Homil. 35. inquit; Opus quidem bonum desiderare, in se bonum est, honoris autem primatum concupiscere, vanitas est ex cordis jactantia enata. Et Theodoretus ad hæc Pauli verba; Non accusat, ait, simpliciter cupiditatem, sed ambitionem & magistratus gerendi desiderium, & docet non honorem, sed virtutem appetere, non desiderare dignitatem, sed dignitatis officium inquirere. Noverat Doctor gentium, multos esse, qui excellendi, dominandi que in Ecclesia studio inflammati Ecclesiasticas dignitates affectarent, nullis virtutibus, quæ Episcopum

pum decent, conspicui, docendos itaque illos putavit, *ἡγεμονίᾳ*, seu inspectionem Dominici gregis esse arduum & onerosum officium, opus, non ludum, negotium, non otium, curam, non luxum, & tale munus, de quo quam accuratissime reddenda ratio sit. Hinc *Hieronymus* scribit Epist. 83. ad Oceanum. *Qui Episcopatum desiderat, ille desiderat opus, non dignitatem, laborem, non delicias, opus, per quod humanitate decreascit, non intumescat fastigio.* Adeoque non omnem in universum Episcopatus appetentiam prohibet Apostolus, quasi omnino nefas sit, prædicandi, Ecclesiamque gubernandi provinciam ambire, (quod velle videtur *Augustinus*, quando inquit lib. XIX. de Civit. Dei cap. 19. *Locus superior, sine quo regi populus non potest, et si ita teneatur, atque administratur, ut decet, tamen indecenter appetitur.*) sed saltem appetentiam inordinatam, muneris gravitate & Episcopali Canone in animis ambitionum reprimi. Non dicit, si quis sibi arrogat, si quis pretio emit, si quis prenfat, aut suo voto sibi defert Episcopatum vel Presbyterium. Non ait, si quis suffragia emendicat, quibus Superintendentiam consequatur, si quis donis & largitionibus, aliisque mediis in congruis extorquet, aut sine legitima vocatione, temerario ausu invadit

mu-

munus Ecclesiasticum, sed si quis appetit, nempe non quovis modo, loco & tempore, sed in loco & tempore, divinæ gloriæ illustrandæ & regni Dei propagandi, Ecclesiæque inserviendi studio & zelo, modestè, citra præsumptionē &c. *Ambrosiaster* in h. l. *Quoniam* ait, *Episcopum bonæ vitæ esse oportet; idcirco qui Episcopatum cupit, bonum opus desiderat. Hoc enim cupiens, bonam vitam appetere videtur, si tamen non ab his declinet, quæ in subiectis habentur, ne ambitione & desiderio pecunia hoc egisse videatur.* *B. D. Pappus Comm.* in *Ezech.* pag. 130. *Licet quidem, inquit (quod testatur Apostolus) Episcopatum, tanquam bonum opus desiderare, sed tamen iis demum licet, qui Episcopalem Canonem quem mox Apostolus subjungit, in seipsis possunt ostendere. Non est quorumlibet Episcopatum appetere, sed eorum, quorum vita ex Pauli legibus dirigitur, inquit Isidorus Pelusota. lib. I. Epist. 104. Desideria itaque sua Ecclesiæ sive illis, quibus Ecclesiæ cura demandata est, ritè exponere, sequæ superiorum iudicio explorandum, probandumque offerre, an dignus sit Ministerio, non illicitum, sed licitum & concessum est, modò id fiat modestè & citra omnem ambitionem & non nisi solita sui probatione prævia. Cavendum enim hic omninò est, ne desi-*

desi-

desiderium mutetur in cursum, nec τὸ ὀρέγεσθαι,
 idvōd loco citato commendat Apostolus, in τῷ
 1^o 12^o, qvōd damnat Jeremias c. XXIII. 21. nec
 honesta muneris petitio in famelicam & inhō-
 nestam ambitionem desinat. *Rob. Bellarminus*
 in Admonitione ad Episcopum Theanensem,
 nepotem suum, (qvæ habetur Tomo VII. Operum
 col. 1973. seq.) ea, qvæ necessaria sint Episcopo,
 qui verè salutem suam aternam in tuto ponere
 velit, ad IX. Controversias, qvas ita vocat, revo-
 cavit, qvarum prima est; *An liceat appetere,*
vel saltem optare Episcopatum? Et primò qvī-
 dem distingvit tempora Cardinalis cum *S. Gre-*
gorio, qvī in prima parte Pastoralis cap. 8. scri-
 bit; *tempore Apostolorum fuisse laudabile Epi-*
scopatum appetere, quoniam idem erat, atqvē
appetere martyrium. Tunc enim primi, qvī
qværebantur ad nocem, Episcopi erant. Dein-
 de autem negat, appeti posse ob has causas,
 I. qvia *Episcopatus non sit desiderandus, sed ad-*
mirandus, quippe qvī Angelicam puritatem &
perfectionem requirat, & officium Episcopi sit
Angelicis humeris formidandum, & deniqvē
qvī Episcopus debeat inter alios homines lu-
cerē, ut Sol inter stellas, ex S. Chrysostomi senten-
tia. II. Qvia *hæc sit sententia aliorum Doctorum,*
nominatim Augustini & Thomæ, qvorum alter

Patrum, alter Scholasticorum Princeps habetur. Sic autem *Augustinus* lib. XIX. de Civitate Dei cap. 19. *Locus superior, sine quo regi populus non potest, et si ita teneatur atque administratur, ut decet, tamen indecenter appetitur.* Thomas in explicatione verborum Apostoli; Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat; Aut, inquit, appetit aliquis circumstantias, tunc nescit, quid appetat, aut appetit ipsum opus, & hoc est superbia. Addit ibidem Bellarminus, declarare Thomam in secunda. (quæst. 185. artic. 1.) quid vocaverit *Circumstantias*, & quid *opus*? scil. per circumstantias eum intelligere altitudinem gradus honorem, opes &c. per opus autem ipsum officium Episcopale. Et pergit; Thomam dicere; desiderare Episcopatum ratione circumstantiarum, manifestiss. esse illicitum, quia pertinet ad cupiditatem ambitionem. Appetere vero officium Episcopale ex se bonum esse & laudabile, sed quia Episcopale officium habeat annexam celsitudinem gradus, (quæ ab officio separari non potest,) praesumptuosum videri, quod aliquis appetat praesse.

III. Quia in Historiis & vitis Veterum legimus, plurimos Sanctos viros omnibus ætatibus Episcopatum vel recusasse, vel non nisi invitos & coactos suscepisse, ut Cornelium Papam & Martyrme

tyrme

tyrem, Ambrosium, Chrysostomum, Augustinum, Gregorium M. Fulgentium, Anselmū &c. qvi petierint, vel appetierint, nullos omnino Sanctos viros reperiri. IV. qvia non sine multa ratione etiam in Jure Civili scriptum invenitur; Tantum ab ambitu debere (Antistitem) esse sepositum, ut quæatur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat. Solam illi suffragari necessitatem excusandi. Cum indignus sit Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitus. Ex his itaque concludit *Bellarminus*, Episcopale munus non ambiendum, sed formidandum esse. *Petrus à Soto* ait, desiderium illud regulariter esse peccatum mortale, de Instit. Sacerd. Lect. 3. pag. 12. confer *Tapperum* Tom. 2. Oper. orat. 3. pag. 342. Verum enim verò I. distingvendum h. l. inter desiderium & appetitum ordinatum & inordinatum, sive qvi est cum ordine & modo, & sine illis: Uti in Republ. appetitus inordinatus & immoderatus officii alicujus est damnandus, ita quoque in Ecclesia. At vero si qvis cum recta ratione ambiat munus, ita ut illud petat absque prava intentione, aut stulta ambitione ex conscientia necessaria eruditionis & donorum ad docendum requisitorum, bonorumque consilio, utiq; illud non est culpandum. II. *Thomas* dicto loco scribit Episcopatum

patum

patum imminente vel exigente proximorum
 necessitate posse appeti. *Parum enim refert,*
juxta Symmachi dictum initio, Distinct. 83. ad
animam mortem, eam inferas, an cum prohibere
possis, admittas. Et si juxta legem Exod. 23.
 Deut. 22. de ove, bove & asino errantibus, ab-
 senti proximo servandis & reducendis, ejus in
 temporalibus damna, adhibitâ curâ prohibe-
 re tenemur, multò magis animarum detrimen-
 to occurrere. III. Dominus turbæ vero pâ-
 store carentis misertus, discipulis pastoribus
 destinandis; *Rogate, ait, Dominum messis, ut ope-*
rararios in messem suam mittat. Matth. IX. 38. Luc.
 X. 2. Id verò eos rogare, quid aliud erat, quàm
 ut eos pastores gregis sui curam habituros de-
 signaret, rogare? Quidni ergò eorum & supe-
 riori Esaia exemplo, nullo Deum peccato ro-
 ges, ut te in messem suam extrudat, tibi de mi-
 nisterio Provideat, in quo populum verbo & ex-
 emplo ædifices. Nec verò vel ambit, vel assu-
 mit aut sibi arrogat, qui mediis licitis & oppor-
 tunis eò nititur ac pertingit, inquit *Esperans*
 Com. in Epist. I. Tim. Digress. Lib. III. c. 8. IV. E-
 piscopatus est & admirandus & desiderandus,
 quia hæc duo se non perimunt. V. Patres ni-
 miam perfectionem Episcopatui tribuunt, lo-
 quunturque de eo *κατ' ἐπιφανος*, quæ dicta non
 sunt

sunt ad vivum refecanda. VI. Thomas vim facit verbis Apostoli, idque magis, quod Episcopatum ille metitur externa illa pompa, quæ in Papatu obtinet. Nos verò urgemus ipsius formam internam, quæ consistit in Verbi prædicatione, Sacramentorum administratione, & Ecclesiastica gubernatione, quæ tria aliquis bona conscientia potest appetere & quando necesse est, petere. VII. Allata exempla vel modestiam, vel hypocrisin vel nimiam timiditatem & laborum, periculorumque fugam arguunt. VIII. S. Ambrosius, quem Theodosius Imp. solum sciebat, qui digne vocetur Episcopus, teste Sozomeno lib. V. Histor. c. 18. arbitratus est lib. 2. Off. cap. 24. *bonis artibus & sincero proposito ad honores nitendum, maxime Ecclesiasticos: ut neque resupina arrogantia, vel remissa negligentia, neque turpis affectatio, & indecora sit ambitio. Et Ambrosiaster Comm. in Epist. 1. Tim. 3. ait: Ideo debet aliquis Episcopatum desiderare, ut aliis doctrinam Verbi Dei annunciat, ut bonum exemplum ostendat, & si necessitas fuerit, ut primus ad palmam martyrii currat.* IX. 1. Cor. XIV. 1. monet Apostolus, ut cum pia æmulatione desiderimus Prophetiæ donum, non studio excellendi, sed ex charitate, ut prosumus Ecclesiæ, ut explicat Cornelius à Lapide

*pide ex Chrysostomo. Verbo, inquit Joh. Henr. Ursinus lib. de Offic. Christian. pag. 98. absque prava intentione, stultâ presumptione, avidâ ambitione & desiderare licet bonum hoc opus, modo si ex charitate: & optare à Deo, modo si ex pietate; & petere, aliquando à Magistratu, modo si ex humilitate. Si gravitatem operis spectes, nemo idoneus est; Si dignitatem, nemo par est; si pulchritudinem & salubritatem, omnibus & amabile & desiderabile est. Observandum hic insuper: In Episcopatu tria spectari; honorem, redditus, opus. Ambire honorem non licet, hoc enim faciunt stulti, quos gloria vexat inanis; Quos arrogantia & superbia tumor inflat, illi quibuscunque artibus ad magna pulpita viam affectant. Nec primario intendere amplios redditus, hoc enim est *quæstus habere pietatem*. 1. Tim. VI. 5. Lucri gratia prædicare, & mercenarium agere, non pastorem, Joh. X. 12. seq. Sed opus Ministerii & laborem licet desiderare & petere. Nec tamen desideretur aut appetatur opus propter honorem & annexum commodum privatum aut magnum censum. Notantur enim ab Apostolo, *qui sua ipsorum quærant, non quæ Christi Jesu sunt*, Phil. II. 21. Huc pertinet illud Apostoli; *Omnia in Dei gloriam facite*; 1. Cor. X. 31. idem; *Non quæro quæ vestra**

vestra sunt, sed vos. 2. Cor. XII. 14. Spectanda hic quoque est personæ qualitas; Qui necessariæ eruditionis & donorum ad docendum requisitorum sibi probè conscius, bonoque testimonio instructus est, non verò ineptus, necessarius ad docendum donis destitutus, nec habens bonum testimonium, operam suam Ecclesiæ bonâ conscientia deferre potest. Basiliius M. Epist. X. conqueritur, quod suo tempore inepti constituti sint Episcopi, cum idonei & pii se offerre noluerint. Queritur h. l. primò; An licitū & concessum sit, certo alicui cœtui operam suam deferre, si locus vacet? Responsio habetur in Constit. Ecclesiast. Elector. capite de Vocatione Ministr. pag. 87. ubi hoc decretum extat; Quamvis prohibitum non sit, operam suam Ecclesiæ offerre, nemo tamen sibi ipsi certum locum debet nominare & designare, sed relinquat hoc iudicio eorum, qui pro ratione donorum divinitus ipsi concessorum de honesta & commoda functione ipsi prospicere possunt, quâ ratione de legitima vocatione certus reddi, & in omnibus adversis promissione gratia divina, benedictionis & auxilii sese erigere poterit. Seinen Dienst der Kirchen in genere ohne gewisse Ziel/Zeit oder Ort anmelden / und der Götlichen Ordnung sich lassen und ergeben / ist nicht unrecht!

unrecht / aber umb eine und andere gewisse
 vacirende Stelle oftmahls per casus obliquos
 werben / sich selbst obtrudiren oder einbe-
 setzen / und daß es nicht umb die Schaffe / son-
 dern umb die Wölfe zu thun sen / gnungsam
 zu erkennen geben / das kan nimmermehr
 justificiret und gelobet werden / inquit B. D.
 Dann hab verus part. VIII. Lact. Catech. pag. 300.
 seq. Quæritur secundò, an *Studiosus Theologia*
simul & semel duo distincta munera in diversis
Ecclesiis ambire possit? Respond. offerre sua-
 servitia potest distinctis Ecclesiis simul & se-
 mel ingenere, und also zugleich umb Besor-
 derung hefter Gelegenheit an unterschiede-
 nen Orten anhalten / simul verò & eodem
 tempore umb zwey unterschiedenen Gemei-
 nen vacirende Dienste specialiter anhalten/
 omninò improbandum est, quia utramq; non
 potest occupare vel administrare. Unam cer-
 tè ludificaret & fructa ab una vocaretur Duo
 diversa officia sollicitare, duas virgines directè &
 specialiter ambire non licet. Vide Consilia
 Witteberg. part. II. pag. 24. & 25. Expectativæ
 denique ad Ecclesiastica Officia nondum va-
 cantia vel Parochias certas viventibus adhuc
 Pastoribus, à Principibus vel aliis, quorum in-
 terest, neque dari, neque etiam rectè & honeste